

Universitätsbibliothek Paderborn

De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs

> Stengel, Georg Ingolstadij, 1647

Capvt VII. Secunda moralis monstrorum causa, vt sit pæna hominum ob scelera plectendorum. Et qui, aut cur aliqua capitis parte aut toto Capite monstroso nati sint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-51168

Cap. VII. Monstra esse à Deo, &c. 225

CAPVT VII.

n=

1-

res. t_i

7-2-

ta

L 10

137

200

Secundamoralis Monstrorum causa, ve sint pana hominum, ob scelera plectendorum. Et qui, aut cur aliqua capitis parte, aut toto capite monstroso nati

Monstra esse iustitie dinine monimenta.

Vfficeret, vt Monstra sint, si signa funt, nunc etiam sæpe sunt supplicia. Neq; enim tantum per

Mla moner, sed etiam plectit Deus vel ipsos monstrosos, vel parentes, vel magistratus, aut etiam totam communitate mon. ftrosorum. Et quidem varijs modis, ob varia peccatorum genera, quorum acerbitas, diuinam vincit bonitatem, quam facit iustissime in iram deflectere. Vnde, sicut ceteræ creaturæ sunt potentiæ, ita monstra sunt iustitiæ monumenta. Et vel Ethnicus author Plotinus scripsit; ipsam mundi artificem rationem, malis, postquam facta 2, 6, 18. sunt, opportune admodum vti solere, id autem maxima potestatis est, malis etiam bene vti valere. Imo monstra ipsa potest esse iubere,

quia non funt mala moris, sed natura, & quidem naturæ particularis duntaxat. ar talia, vt fint quoddam bonum totius vniuerst. Bonum enim est Vniuersi, vt ineo institia locu habeat, fine qua omnia fuso: deque verterentur. Quod quoniam, prater Plotinum, etiam alij, apud gentes ag. nouerunt, factum est, vt Poêtæ quoq; ipsi tot fingerent monstra, in que hominer poena dignos, vel ob alfos plectendos, mutatos cecinerant. Hinc Actaon in cerui. Iphigenia in ceruam; Scylla, Aglauros, Daphnis, Anaxarate, Niobe, Aconteus, Atlas, Lycas, Olenus, Prœtus, in Saxa; Lycaon in lupum, Achelous in taurum, Æsacus in mergum, Antigone in ciconia, Atalanta in leænam; Arachne in araneam, Alcithoë in vespertilionem, Diana in fe-Iem, Cadmus in anguem, alijque in alias formas monftrosiffima metamorphosi feruntur conuersi. Ita enim vnius curiositas, alterius crudelitas, tertij impietas, & alia crimina aliorum castigata significabantur.

S. II. Visionibus Deus docuit, monstra esse in pœnam percatorum.

Quod

&

ac 11-

eo

9;

25

g-

pis

3

U-

Ű,

15,

Is,

a;

1,

ā,

n,

e-

as

e-G-

&

2-

778

d

Quod isti carminibus suis expresserunt, alteri in somno est demonstratum, teste-Cedreno, cuius hac funt. Antequam, tempore Michaelis Paphlagonis Imp. calamitates multis prodigis significate regno Orientis acciderent, cuidam de ministris Episcopi insomnium oblatum fuit, prorsus rem ipsam. representans. Visus erat sibi videre Eunuchus albis vestimentis indutum, formà effulgente, qui tribus ipsi saccis appositis ordine eos inberetur aperire, & enacuare. Cumá, id faceret, e primo vim serpentum, viperarum, & scor= pionum erupisse. Ex altero rubetas, aspides , basiliscos, cerastas, & alias venenatas bestids. Ex tertio cantharides, culices, vespas, aliaq aculeata animalia. Cum ad hoc spectaculum obmutuisset, virum illum dixisse: Hac vobis accident, ob violata Dei mandata, & impium facinus in Rom. Imperatorem eiusque consugem perpetratum. Hac igitur virulentissimarum bestiaru mixtura & moneri mortales, & puniri monstratum est. Quemadmodum & olim D. Ioanni, qui & iple vidit de ore draconis, & de ore bestie, & de ore Apoc. 16. pseudopropheta spiritus tres immundos in mo- 13. dum ranarum, in quibus plaga significabantur, erumpere. Sed nihil viles aut somnijs

Q 2

to s. An

453 %

necesse est probare, cum exempla suppetant docentia à capite vsque ad calcem si. ue particulatim & membratim, siue vni. uersim & per omne corpus, delinquentes aliquos monstrositate plexos esse ac deformatos.

S. III.

Ob peccata, homines decaluari.

A capite incipiamus in quo summum decus capilli, quos legimus aliquando in. superbiæ pænam rufatos, aliquando in iuuenilis petulantiæ castigationem canos extemplò factos, aliquando omnino, ve. lut arborum folia, vento difflatos esfe. Aprè hic apponi potest, quod in Societa. tis nostræ historia legitur. Mulier erat supra ceteras flauo rutilog, crine decora; qua crinium specie, cum nimium sibi placeret & planderet, cœnoby nomen horrebat, ne cogeretur id aliquando decus tonsori immiti committere. Monuit eam Cornelius Societatis Iesu, si crines illos pluris quam Deum faceret, caneret, ne in eis crinibus, quos tantum diligeret, pænas daret. Diebus interpositis non ita multis, sentit Patrem verisimum fuisse vatem, laborare ex capite cœpit, totag, illa pulchritudo capilli morbo vrgente defluere. Eroo ne caluity pulchri-

Hist. Soc. 20.3. An.

pulchritudinem, enulsis ad vnum crinibus ostentaret, necessitatem in virtutem vertit, comobig se se latebris, quod ante sic horruit, occultanit. Monstrosa hæc caluities & poena fuit, & medicina; fupplicium & benefi- Matthi cium. Neque enim, qui dixit: Vestrica- 10.3. pilli capitis omnes numerati sunt, iremque Luc. 21. capillus de capite vestro non perhibit, sine caus- 18. sa non solum capillum vnum, sed & omnes huic abstulit. Decaluabit Dominus ver- Ifa. 3. 17. ticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit, dixit minitans Propheta. Sic superbia crinium tollitur, &, cincinnis supra caput ædificatis, instar Iunoniæ auis incedentes ad modestiam rediguntur. Vt enim pauo cristas erigere non potest, quas amisit, ita nec femina ornare capillos, quibus est spoliata. Et spoliata est supra dicta puella, vt virginitate ornata. maneret. Ita præmium ipfa caluitie meruit, quæ fortasse meruisset infernum, si alsos retibus illis illaqueasset, quorum fortasse non nemo dicturus fuisset, vulnera- Canti4.9. sti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine collitui. Quam vtile est, sic deformari, vt placeas Deo? quam lucrofa. mutatio, si dicatur comtulo adolescenti,

HODE S

22,185

G.

ii.

es

r-

L

25

1-

ea

1-

12

ſ,

aut puellæ mundum vanitatesq; deserenti, & in claustru Deo consecratarum transe.

Ma. 3. 24. unti: Et erit pro suaui odore fætor, & pro
zona funiculus, & pro crispanti crine calui.

tium, & pro fascia pectorali cilicium? Si enim,
vt aliquando Magdalena, crinium superbia peccare possunt mortales; possunt

32,18

etiam corundem vel squalore, vel cinera. Luc.7. 38. tione, neglectuque, aut sacro vsu ad Chri-

sti pedes tergendos conuerso, Deum placare; maxime autem, si non in Cenchris,

sed in monasterijs, ad Numinis honorem, æternamý; suam seruitutem tondeantur.

Ezechiel nos docet, apud quem Deus ita.

loquitur: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum ser-

uitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est:

eius, de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit

mihi aduersus eam. Nimirum ob pondus galeæ & loricæ fuerat militum caput decalua-

gis Babylonis, quorum opera Deus vsus

erat ad plectendam impietatem. Quòd si

igitur militum caluitia præmijs ac mer-

cede

cede digna videbantur Deo; quantò præmijs ac mercede digniores erunt, quos non galeæ & loricæ prementes inuitos decaluant; sed qui cæsariem suam sponre non Apollini, aut Æsculapio, sed vero Numini consecrauerunt? Tantò autem euidentius fuit beneficium in supra dicta. puella, quòd non illam tonsor, sed Deus caluam fecit, ne ijs implexa capillis implicataq; velut olim Absalom arbori, ipsa 2.Reg. 18. vanitati adhæreret. Pariter itaq; caluitie punita est, & sanata. Quid conquerimini, vetuli, vetulæque, quando vos senectus depilat, si iuuenibus prodest comarum. privatio, quæ etsi eos deformes, tamen. pios facit? Illos pro monstris habetore, quibus non iam manus rixantium, aut. iratæ vxores, totos capillorum manipulos à capite reuellunt, sed quos insana libido, infectus intemperantia sanguis, lues Gallica, & infames caussæ crines exuunt; vt galericulos, & fictitias atq; aliunde mutuatas comas gestare cogantur. Immo qui sibimet ipsis, non iam præ ira atque furore, sed præ superbia pilos radicitus extirpant. Multi enim viri, multæ feminæ, vt senium dissimulent, & floridiorem æ-Q4

e-

70

11.

n,

2.

rl.

a-

S,

1,

e,

L

X

1-

ns

ft:

143

tit

a-

4-

C-

US

fi

1

de

pientes non tolerant, sed forficulis vellunt; alijsq; & alijs canis subnascentibus, adeò verticem suum depopulantur, vt tam glaber sit, atque manus illorum. Quis eiuscemodi monstrorum caussa est? Non. ne ipsi? qui oculos quide hominum fallere possunt, nunquam tamen mortem decipient, quamuis oculis carentem. Propter eiuscemodi superbiam, Redemtor noster peculiare est illud passus, vt per ludibrium crines illi vellerentur, & olim exprobratione grauissima dicturus sit: Corpus meum

Isa. 50. 6. tione grauissima dicturus sit: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. O quam in divino conspectu formosi sunt, qui sic deformantur, quosé; non piget imitatione Magdalenz

Virgil.

fædare in puluere crines Vibratos calido ferro, myrrhag, madentes!

§. IV.

Pili color monstrose mutatus, & pileus monstrosus in pænam datus.

Melior est hæc mutatio, quam si quis ab impexis sordibus ad vnguenta transeat & calamistros. Quemadmodum & satius

est,

ci.

1.

is,

115

n.

re 1-

er

19

m

est, cum Propheta Eliseo caluum vocari, 4 Reg. 2. quàm cincinnatulum rapi in gehennam. Quanquam non caluitie duntaxat legimus homines deformatos, sed ipsa etiam capillorum mutatione, aurea illa flauedine in. Æthiopum colorem, velut succino in carbones verso. Verè dixit olim humani generis Reparator: Non potes vnum capillum Matth. 50 album facere aut nigrum. At quod homo 36. non potest, Deus potest, & Sancti diuina virtute petulantem superbiam coërcentes. Quodam tempore, vt de eo testatur Theodoretus Cyri Episcopus, Nisibitanus ille Iacobus, Præsul virtute ac prodigijs clarus, venerat in Persidem visurus plantas vera Sur. 15. religionis, & ei quem par erat, cultum exhi. Iulij. biturus, cum is autem fontem transmitteret, puelle quadam, que pannos lauabant, & velles pedibus emundabant, ne nouum quidem, & qui decentem pra se ferebat granitatem, sunt renerita habitum : sedexuto pudore & perfri-Età facie, & impudentibus oculis divinum. hominem aspiciebant, neque capita aperientes, neque vestes, quas succinxerant demittentes. Hoc cum agre tulisset homo Dei, & vellet Dei virtutem in tempore ostendere, vt facto miraculo liberaret ab impietate, fontem quidem.

Q 5

234 Cap. VII. Monstra effe à Deo puniente, est execratus, & fluentum confestim euanuit: puellas quoq est execratus, & impudentem ea. rum iuuentutem castioauit, canis ante tem. pus inductis. Et sermonem factum est consecutum, mutatusq, est nigror pilorum, & similes euaserunt nuper plantatis arboribus, que vere circumtecte sunt folys autumnalibus! Ex autem cum sic sensissent supplicium (nam & fontis fluenta effugerant, & sua innicem capita intuentes videbant repentinam illams mutationem) cursu ad vrbem contenderunt, renunciature illud quod acciderat. Illi autem cum occurrissent, & Magnum Iacobum offen. dissent, rogauerunt, vt iram compesceret, & fupplicium remitteret. Ille autem non diu cun-Etatus, Domino quidem preces obtulit, fluența autem rursus scatere iusit. Illa verò mox rursus è suis emanarunt penetralibus, insti derinata insibus. Illi autem cum hoc impetrassent, petebant vt filiarum quog, suarum crinibus color sum redderetur. Ainnt autem

eum hoc quoque concessisse, requisisse autempuellas, qua illam acceperant disciplinam: o quoniam non venerunt, reliquisse supplicium, documentum temperantia, o argumentum moderationis, o divina virtutis perpetuum, o euidens miraeulum, Canam antea scie-

bant

tit:

ea-

m. Se-

si-

MA

us!

n

ne

12

nt,

17

18.

Ó

11-

H-

202

m

m

4

3

n,

773

9.

bant mortales vocabantque senectutem; monstrum igiturerat tunc cana iuuentus. Quo genere monstri meritò castigatæ funt puellæ, quæ quia nimis licentiose afsueuerant iuuenari, canitie asperse sunt, ve maturiores viderentur. Obstupuit ciuitas, quæ illas vidic intra horam canuisse. Et. quia illæ de adolescentia ac ornamento capillorum superbæ verulis repente similes factæ in publicum prodire non funt aufæ, ob hancipsam monstrositatem, ex impudentibus saltem erubescere didicerunt, Quæ enim annis vegetæ erant, canitie effætæ videbantur. Siquidem albor pilorum, carnis ex qua nascuntur, corruptionem & vitium indicat. Nam lepra, ait S. lib. 15. de Cyrillus, fit ex eo, quod caro emoriatur; ex- Aderat cauatur enim vlcus illico, absumta cute, & in profundum semper; quo sit ve pilus qui in illis partibus exoritur lanquescens exalbescat ac velut stirps vna cum subiecta terra corrumpatur. Capillos tegit pileus, qui & ipse est memorandus. Siquidem, in Annuis no-Aræ Societatis legimus, Moguntiæ, hæreticam fuisse feminam, quæ exosa & execrata Iesuiras odium execrationemý; prodigioluit. Prolem enim peperit Iesuitico piles

pileo tectam. Eam nimirum coronam fo. boli meruerat mater, quæ ne Iesuitarum obliuisci posset, in fætu suo, pro pilo, pi. leum intuebatur. Sed hæc de pileo & pilo fatis. Neg; enim hic memorabo de mon. strositate eorum, qui S. Adalbertum occidêre, & semialbo capillo ac barba, velut creta notati, alijsque malis affecti, scelus fuum vultui inscriptum circumtulerunt. Similia enim occurrunt plurima, & vera, sicut illa sunt fabulosa, quæ dicuntur de Gorgonibus, ideò quòd canæ natæ effent, Græarum nomine vocatis. Neque enim hæc maiorem fidem merentur, quam quòd vnum dentem, vnumý; oculum communem habuerint, quo, vbi domo exirent, vterentur.

Vide Vitã S. Adalberti,

Hefiod. in Theogonia. Æichylus in Prometheo.

5. V.

Frons fily in parentem ingrati à bufone deformata.

Them.
Cantipr.
l. 2. Apú.
c. 7. §. 4.
Simile
exemplú
refertCefarius lib.
6. c. 22.

A capillis ad frontem descendat sermo. Est terribile, quod narrabo, sed magnis, multis, side dignis testibus sirmatum. Erat in Normannia vir quispiam sanguine haud clarus, diuitijs tamen maximis cumulatus. Huic vnicus silius in delitijs suit. Quamobrem etiam inter delitias sum educauit.

Eum

te,

fo.

m

P1.

oilo

on.

ci-

lut

lus

L,

ra,

0

ıt,

IM

òd

11-

nt,

0.

at 10

IS. 1.

m

Eum filium filiæ suæ in maritum poposcit nobilis profapiæ miles, conditione polita, si ipse bonis suis cedere, filioque omnium rerum suarum possessionem tradere vellet; filium vicissim, quæcunque vel patri necesfaria, vel matri forent, abunde suppeditaturum. Aspera parentibus illa conditio videbatur, & periculofa. Sed qui vnà cum milite venerant, alias ei super alias rationes ingesserunt; jam filiæ formam, jam. gentis nobilitatem, jam prudentiam, peritiamque economiæ commendantes; &, ne quid filio diffideret, etiam atque etiam persuadentes. Quid spes honoris & posteritatis non efficit? Consensit in nuptias Polyplusius. Abdicauit se dominio vrerque parens; filius & sponsam adeptus est, & patriam in omnia bona potestatem. Beneficia, vt quædam vina, non nisi recentia dulcedinem exferunt, antiqua acescunt. Quare & noui isti nupti, primo à nuptijs anno, memores vnde sibi opes affluxerint, parentibus honores magnos exhibuerunt, omniaque ad vitam atque sustentationem necessaria, bono vultu, benignis verbis, insigni libertate, læta promtitudine præbuerunt; adeò, vt gauderent progenitores,

fe cura atque labore liberatos iam omnia, quam priùs, in maiore otio & quiete habe. re; & verè frui ijs, quæ antea plus mole. fliæ, quam solatij fecissent. Talis erat primus abdicatæ potestatis annus. Secundus iam contractiore manu ibat, &, qualifenescente beneficij memoria, omnia parciùs administrabantur. Tertius deinde annus, deposita verecundia, ostendebat fortunas paternas non ad filium, sed ad herum Euclionem fuisse translatas. Nihil ille exquifici, nihil melioris notæ, vel cibi, vel potus, vel vestimenti parentibus suppetebat. Iam hoc querebatur sibi, iam illud deesse. Nullum præstans vinum emi, nihil pro culina electum haberi posse dicebat. quando & pecuniæ inopiam caussabatur; aliquando prætendebat hanc, aliquando illam necessitatem incidisse. Ita semper aliquiderat, ob quod progenitoribus petita negaret. Tandem ad extremam eum vxor & auarities perduxit impudentiam. Neg; enimiam excusabat suas sordes, sed infuper etiam accusabat parentum insatiabilitatem, vt quibus nihil sufficeret, nihil satis dari posser. Illorum prodigalitate redigi se ad incitas; importunitate ad impatientiam

1124

be-

ole.

PI1

lus

fe-

ins

us,

nas

ill-

Ul-

00-

at.

fle.

cu-

li.

ur;

do

li-

ita

101

29;

U.

bi-

la-

i-

114 M

entiam cogi. Denique vt vtring; pax maior esfet, & vtriusque partis quieti consuleretur, ex vxoris confilio, exiguam quandam è regione domus suz casam parentibus conduxit, ita fore ratus, vt coniugibus iunioribus, seniorum querelæ ac morositas minus esset molesta; atque tantò securius negari possent, quæ oculis essent. subducta. Eliminantur itaque è domo sua decrepiti parentes, & à filio separantur, cogunturq; ex ædibus bene instructis in. vilissimum mapale, & tecta ventis pluuiisq; peruia emigrare. Ibi ergo in laribus malè materiatis, præter cæli, etiam filij iniurias quotidie deplorabant. Nihil recens coctum, nihil integrum; ea folum quæmensæ superfuerant, & plerumque. tunc demum, cum jam esui amplius idonea non essent, à filio mittebantur. Et interea apud nurum canes meliùs, quàm maritiparentes prandebant. Quæ caussa fuit, vt miseri parentes, nunquam fine lachrymis accumberent, & plerumque potum sun Plal. 1016 cumfletu miscerent. Accedebat ad hanc ca- 10. lamitatem, quòd seu querendi, seu petendi caussa, vix interdum domum filij intrare. auderent, ita vultuose aspiciebantur, ita.

1

1:

C

ci

ic

fi

Q

fil

ho

fi

VE

el

fo

fil

V

10

tr

CL

pi

u

Ia

pe

gı

tu

compendiose salutabantur; ita aspere, quid vellent, interrogabantur. Itaque per vernam plerumq; internuncium id, quod cuperent, non mandabant, sed mendicabant. Non potuit diuina Nemesis tam. crudelem diutiùs intueri impietatem. Fortè aliquando, in filij ædibus, anser veru transfixus aslabatur, &, pinguedine in. prunas defluente, ventus nidorem & fumum per omnem viciniam difflabat. Non potuit ergo latere tam sapidæ dapis odor famelicos parentes è regione habitantes, & vix fex passibus distances. Ac, neerra. ret, mater curiosioribus oculis alité ipsum observauit ad ignes stridentem. Iraquee. iuscemodi verbis seniculum maritu com. pellauit. Vide, mi coniux, vt lautè conat filius noster, nobis propemodum fame enectis! Strepit anser inter prunas, inuitat odor; nonne naribus hariolaris? numquid dentes pruriunt? Me feminam magis decet paucis esse contentam. Tu autem abi, obsecro, & teipsum inuita, vt semel saltem araneantem stomachum, & dudum impatienter latrantem ventrem tranquilles. Non fuit difficile esurienti persuadere, vt vellet edere. Arrepto igitur scipione,

è,

per

od

a-

IL

-10

ru

IL

u-

no

L

25,

a.

m

C-

n.

at

at

n-

2-

II-

VC

&

2

tl

ur

e,

scipione, prætrepidum spe silicernium seniliter cucurrit, ne post oua veniret ad mala. Vidit eum de fenestra filius venientem, celerique properatione abigne remotum anserem occuluit; moxque, velut nihil fecisset, patri obuius quæsiuit, quid negotii id temporis, apud se haberet? Ipsa hæc filij interrogatio patri pro responso fuit. Qui illico etiam animaduertit, anserem, fine plumis licet, aliò auolasse. Altè illi hoc vulnus in pectus descenderat, sed pressit dolorem, reque omni dissimulata, & ventre male contento domum reversus est. Quid ibi anus mater, quid suam ipse fortem, inter fletus & gemitus accusans, fint collocuti, quid calo & superis questi, vos cogitate. Deus certe non potuit ferre tantam rei indignitatem. Digresso patre, filius mandauit ancillæ, vt anferem in culinam reportaret, & perassaret. Volat puella, auem ex penu relatura. Eò vbi peruenit, fædum visu reperit spectaculum. Iacebat in grandi patella anser supinus. At pectori eius, tanquam vultur Tityo, pinguissimus insidebat bufo. Caput illi tumidum; oculi prominentes & ignei; os rotundum, & perflabili patore hians; venter

cer obefus ; color luridus ; pedes femicris dam auem tenacissimè apprehendenter, Tali conuiua conspecto territa ancillula. metuendű in modű vociferata est. Accur. rit herus, & baculo vnde vnde arrepto,im puratam bestiam excutere institit. Illa, ve. lut vim vi vindicatura, ab ansere in percutientis faciem infilijt, frontique eius in pertinaciter inhæsit, vt nulla vel vi, velat. te auelli posset. Ita filij erga parentes suos barbaram inhumanitatem puniuit Deust fuitq; ea poena tanto gravior, quanto divturnior. Quippe multis annis durauit. Auxit miraculi stuporem quod, quoties. cunque monstri illius pars aliqua tange. batur, ita mifer ille cruciabatur, ac fi con illius feriretur. Conterritus igitur, inquit author, mirabiliter & contritus adit diecesa. num Episcopum, & cum omni dolore confessu, propænitentia recepit ab ille, ut per omnes f. nes Normannia, & Gallie ciuitates, reuelais facie circuiret, & vbig, narraret populis euentum rei, ot per hoc exemplum sumerent fil honorare parentes, & discerent, quam periculosum sit & nocinum, vicem non rependerela boribus, quos ipsi parentes filijs impenderunt. Hunc ergo hominem, cum bufonis monstro circum-

E

di

V

S

te

ti

te

fa

12

ft

TU

0

ite,

Cris.

te8.

pla.

cur-

o, im

, Ve-

per.

IS ita

lar.

fuo:

eus;

diu-

IIL.

tief.

nge.

OL

quit

esa.

∬w,

es fi-

lata.

uen-

fili

icu-

ela

unt,

astra

4M=

Bonding

dedador

circumeuntem, vt diximus, Frater Ioannes de magno Ponte ordinis Pradicatorum, sicut per ipsum nobis relatum est, vidit in inventute Parisijs palam referentem omnibus, & monstrantem, quod pro inhonoratione parentum passus fuerat, multis annis, & adhuc secundum Dei voluntatem pateretur. Hunc postea, sed non per dictum fratrem Ioannem, audinimus San-Horum quorumdam precibus liberatum, & disparuisse subito fædum monstrum. Magnum vtique bufo iste in fronte monstrum fuit. Sed longè maius, frontem ipfam fine fronte fuisse, neque erubuisse, negare rem tantillam patri, à quo omnia acceperat. Discitehinc, ô filij, quàm non solum monstrosa, sed etiam monstris digna res sit, parentes non venerari. Quid dico non venerari? contemnere. Et tamen, prô dolor, res est quotidiana ! Est igitur in hoc monstro maxime monstrosum, quòd non sit rain Punito, quidnam illa fola faceret, i.mur

no shopen semi freq VI. Agestis mucho be

Oculorum & auriam peccata in issdem membris punita.

Sub fronte sunt oculi, quorum officium est, vt sint velut duæ corporis lucernæ, iuxta illud: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Matth. 6,

R 2 A cuius 22,

A

I

ai

Ca

IL

eg &

ci

qu

lo

00

fu

рц

ba

ru

rel

xit

cu

dit

qui

De

leg

ce

re

A cuius incolumitate adeò magnű est con pori momentum, vt idem divinus Magister dixerit: Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculu tuus fuerit nequam, totum corpus tuum en tenebrosum. Quemadmodum igitur mon. strum est, si lumen, quod in aliquo est, n. nebra fint, ita vtique monstrofum est, ocu. lum non videre posse, sicut non posseluci lucere. In hac ergo quoque capitis part puniri homines, vel illa curiositas docet, quæ puellæ, rem alioqui piam, vt apparet, scrutanti, lumen extinxit. Genoueua, te. ste Bonfinio, virgo Parisiensis ab Epipha. nia Domini, ad cœnam víque Domini, felt solebat, spontaneo carcere, à consortio hominum separare, atq; in cellam secretio. rem includere, vt diuinis precibus ac me ditationi facræ, remotis arbitris, impenhus vacaret. Erat puella alia, quæ, noscendi studio, quidnam illa sola faceret, tacit ad oftium adrepfit, & perrimas negotia 00 cupationesque inclusæ observauit. Magni illi ea curiositas stetit. Nam è vestigio lu minis viuram amifit, vt nihil prorfus vi deret, quæ videre volebat, quod vel diff. dentia illi suasit, vel suspicio simulationis,

Bonan. decad. 1. lib. 1.

A outes

nte,

COL

rister

otum

culu

n eri

non-

, te.

OCU.

luci

aru

cet,

ret,

, te.

oha-

fest rtio

etio.

me

gen-

cen-

CHE 100

agni

lu

VI. iffi.

A IS

At quæ sanctorum clementia est, quadragesimali ieiunio exacto, eiusdem opera lumen recepit, cuius indagine id peccans amiserat. Præstat nimirum etiam oculis carere, quam abuti; quos amittere meruerant & illi, qui cum Christum Christiq; egregia facta admirari debuissent, liuidis & inimicis oculis observabant eum. Benefi. Luc, 14. 16 cium est, armis carere quibus pereas. Itaq; quid mirum est, si puella hæc amisit oculos, ne curiosè videret? Fuit quæ sibi ipsa oculos erueret, ne curiose videretur. Et. quamuis neque Tobias, neq; Samson visum amisit, Deo crimen aliquod in illis puniente, (siquide Tobiam cacitate probauit, Samsonem Dei hostes exoculauerunt) tamen ad Elymam magum, qui qua- Iud. 16. rebat auertere Proconsulem à fide, Paulus di- 21. xit: Ecce manus Domini super te, & eris ca- Act. 13 3. cus, non videns solem vsg, ad tempus. Et cecidit in eum caligo, & tenebra, & circumiens querebat, qui ei manum daret. Enimuerò à Gen. 19. Deo & Sodomitæ percussi sunt cacitate. Petr. Fa-Quid mirum? cum apud homines quoque briSemelegatur pœnaria cæcitas viguisse. De Arsa-striû 1.3. ce rege Armeniæ capto ex infidijs à Sapo- cap 19. re Persidis rege Ammianus Marcellinus Marcelle R 3 · feribit,

lib. 27. 4. Reg. 24.

scribit, eum, effossis oculis, catenis ar. genteis vinctum, ad castellum Agabana nomine exterminatum, ferroq; pœnali di. scruciatu cecidisse. Et multis ante sæculis, Sedecias Iudæ rex, à Chaldæorum rege, aduersus quem rebellauerat, posteaquam filiorum fuorum crudelem ante oculos, trucidationem intueri adactus fuit, indeq catenis vinctus Babylonem adductus eff, pænam sensit excæcationis. Quæ pæna & oblibidinis perpetrationem, ob armen. tum, bouis abigendi caussa, dispalatum, atq; ob frumentum ex horreis abductum, fuit olim irrogata. Sed de cæcis, & cæcatis infinitus esset disserendi campus. Illud suf. ficit adnotasse, & miseram rem esse caci. tatem, & monstrosè deformem. Miseram Tob.5.12. esse testatus est ille, qui dixit : Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lu. men cali non video? Et agnouerunt hans miseriam, quotquot ad Christum cacial. ta voce clamauerunt, eaq; liberari volue runt. Deformitas autem vel inde potest a. stimari, quòd etiam luscos vulgus rideat, aut caligine obscuratos; quæ caligo, te

nempe ducta similitudine ab aeris perturbation

Galen. in ste Galeno, est oculorum quoddam rabos.

61

91

ne

A

fu

ta

VI

te

P

ne

un qu

Pu

te,

ar.

ana

i di.

alis,

ge,

lam los

legi

eft,

ena

en.

ım,

um,

atis

fuf.

eci.

am

au.

· lua

and

i al-

lue

tæ.

eat,

te.

Bos,

ation

862

ne, & crassamento spisiore quam nebula, te- pocrati nuiore quam nubes, oculi cicatricula à superficiaria exsuperantia contracta, & totum fe- num.ii. re oculi nigrum comprehendens, colorisq, carulei. Quamobrem Arator ita rem descri-

tunc nubila vultum Caruleis fixère notis, & pectoris atri Venit in ora color.

Quid ni & in aures? aures atro sanguine bullientes. Quid aliud Malchus meruit, Luc. 22, quam mutilari? iam enim antea integer non erat, qui venerat ad capiendum Christum innocentem. Quis scit quæ caussa. Crom? fuerit, ob quam, circa annum 1240. tan- lib. 8. ta à Tartaris Polonorum strages ederetur, vt auriculis præcisis Tartari nouem ingentes saccos expleuerint? Multa audiendo peccata perpetrantur. Denique

Auriculas afini quis non habet?

S. VII.

Facies adultera monstrosa.

Non oculos duntaxat, & aures inhonesto vulnere, totum vultum scelera faciunt monstrosum. Nouisse militem se aliquando scribit Ioannes Nider, cuius vxor Ioan. Nipulchrior, quam castior, cum Helena Formica-

R 4

quam rij. c. 10.

mente, tantum facie est mutata. Quoniam igitur adulterij fæditas ex horrido illi vultu eluxit, nec antè desijt videri monstruj quam desijt peccare velle. Itaque postqua pijs mariti monitionibus ad pænitentiam & criminis confessione apud sacerdoten factam est adducta, lachrymis vna & pectoris maculas, & oris dedecus abluit. Si ad hunc modu eadem in omnibus & mentis & frontis esset species, ô quam multos & multas occurrere nobis monstrosos cerneremus! Sed abscondit Deus sæpius deformitatem animi, olim coram toto mundo de detegendam.

S. VIII.

Adulteri & laruatorum monstrosa facis.

Thom.
Cantipr.
lib. 2. de
vniuerfo.
cap. 30. p.
40.

Consimile exemplum non jam in vxon miles, sed in milite vxor experta, ab alio authore memoratur. Hic enim cum, intempesta nocte, de coniugis latere, adadulterium alibi perpetrandum surrexisset, peractoque slagitio, luna clara, redijsset, faciem venientis vxor per senestram intuita, horrisicè cæpit exclamare. Ad eum clamorem, vt sit, vndique & ancillæ è cubiculis, & famuli de stabulis concurrerum.

ate,

<u>um</u>

niam

vul.

stru,

tquá

tiam

oten

pe-

t. S

nen.

iltos

cer.

de-

nun-

ies.

NOR

alio

, in.

dad.

Cet,

Tet;

ntul-

cla-

ubi-

Nec

Nec minus isti, quam domina, perterriti coperunt vociferari, arbitrantes, se viui cacodæmonis vultum conspexisse. Tot testibus oculis credidit & ipfe miles, qui agnoscens se diuino judicio ignominiam induisse, vix expectato die, ad animæ medicum, in templum properauit. Expellebantur tunc ad pascua pecudes, & ecceipsi boues, ipsæ sues, ac mutæ animantes Auernalem in illius vultu laruam horrentes, quà datum est, diffugerunt. Quin & pastores obuij Stygium quendam in illo venire Spiritu existimantes fuga sibi confuluerunt. Denique ipse Parœcus pro foribus templi preces matutinas Deo persoluens, aspecto tam formidabili monstro, crucis se signo muniens exilijt, & in interiora templi, adducto clausoque ostio, se properè recepit. Pulsauit tamen miles januam, & eiulabili voce sacerdotem rogauit sibi fores vt reseraret, de peccatis confessuro, Deoq; per poenitentiam satisfacturo; neque enim se esse illum, qui videretur; faciem in laruam, hominisque in dæmonis vultum, ob scelus suum, vitæq; impuritaté duntaxat, esse commutatum: velle se quæ in animo essent turpia eijcere, paratum. R 5

paratum omnia quæ imperarentur exequi, cetera diuinæ committere voluntati, à qua misericordiam expectarer. Mira vis est pœnitentiæ, magna potestas lachrymaru. Vix peccata sua detexit, vix se adulterij accusauit, cum illico detersa est omnis illa larualis turpitudo, redijtá; vultus hominé professus. Quis Deum accuset homines deformantem? Ipsi se mortales flagitijs fodant; & qui cum D. Stephano ita nitere. posset, vt intuentes eum omnes viderent facie eius tanquam faciem Angeli, is vel conscientiæ lurore, vel ebrictatis incensus æstu, vel fibidinis deformatus seabie diabolo similis videtur. Imo nonnulli quasi non contenti ea forma, quam à Deo acceperunt, vt Bacchanalia viuere, & licentiùs lasciuire queant, faciem teterrimis vestiunt perfonis; quia laruæ esse malunt, aut quod: uis ex Daunia & Getulia monstrum, quam homines. Quid isti merentur, qui, tanquam eos puderet, claram pulchramque. illam Dei imaginem omnibus modis velare & operire conantur, tantaque obscænitate fædant, vt si eis, iusto Numinis judicio, eiuscemodi vultus obtigisset, ipsi se. absconderent, & oculos humanos vitarent.

A4. 6. 15.

rent. Nunc nigræ, rugofæ, pilofæ, verrucosæ, cornutæ cacodæmonum facies, quas à natura accepisse miserrimum suisset, sponte quæruntur, emuntur, induuntur, & obuia festiuitate sub Orcino schemate triumphatur, ac deformis supplicij calamitas pro lætitiæ materia habetur. Quid ergo accusant homines, quæ affectant? eur cum impatientia habent, quod quarunt, si non habent?

S. IX.

Diabolica facies imprecatione impetrata.

Immo quod optant? nam fiue precentur, siue imprecentur, optare vtiq; videntur, quæ imprecantur æquè, ac quæ precantur. Ita & Seneca pronuncjauit, cuius hæc funt : Iam non miror, si omnia nos à pri- Senec. mapueritia mala sequantur. Inter execratio- ep.11. nes parentum crenimus. Exaudiunt di queque nostram pro nobis vocem gratuitam. Quid querimur, si exaudimur? Et tamen multos Deus punit, quia exaudit. In Geldria, circa annum Christi M. DL. XXV. mirabile exemplum accidit. Quidam, inquit Wierus, non obscuri nominis Regi Hispania- Wier. 1.40 nobili honestam duxisset coningem, quam & dem.

durins

durius tractabat, intelligeretg, tandem ipsam vterum ferre, indignanter veluti sinistre precatus, ait illi : Tu infernalem gestas demonem, quem gladio confodiam. Non longe post filiolum genuit, dimidia corporis inferioris parte bene formata: verum superior pars lituris rubris & nigris fæda apparuit, oculis in fronte locatis, ore rotundo, nigro, tetro, vt Satyrus; auribus longis, veluti canis venatorius; in vertice duo cornua nonnihilintorta, que manibus contrectata reddebantur sanguinea. Habes hic, non vnam tantum, sed ferè omnes capitis partes monstrosas. Quid horres ? quid naturam detestaris? quid Deum in ius vocas? talem huic marito vxor partum edidit, qualem optauit. Ita nimirum nunqua naturæ Gubernator ingratis hominibus satisfacit, siue det, quod petunt, fine neget. Cur imprecantur, quod auersantur? Ac sanè cum omnes imprecationes sint malæ, Plato tamen nihil censet filijs esse periculosius, imprecatione parentum; quemadmodum etiam nihil illis salubrius est, quam si parentum suorum benedictione mereantur, vt olim in Isaaco, Iacobo, Tobia alijíque fuit videre. Certe, vt non potest arbor bona malos fructus facere, fic

sie neque homo bonus serere maledictio. nem in immerentes, ap 1979 1970 1971

bereimus quales.X.ce.?

Voce monstrosa puniti.

Nec alios duntaxat feriunt Diræ & maledictiones, sed sæpe etiam redeunt in caput ipsius execrantis; neque manent in externo monstrifico aspectu, sed vocem quoque monstrificam efficiunt. Sane memorabile eft, inquit horarum fuccifiuarum Cent. I. author, quod non ita pridem in vicinia conti- cap.86. git, cum quidam multis imprecationibus & execrationibus subditos suos misere afflixisset, & coëgisset, ut arcem suam durissimis laboribus edificarent, eosq, inter laborandum, & alias, nullo alio nomine, quam CANES suos appellaret. Nondum enim adificio absoluto in grauißimum morbum incidit; cumq, nondum ab imprecando, & subditos CANES suos appellando desisteret, Deumita offendit, vt prorsus elinguis fieret, & dum hac scriberem, nulla articulata humana vox, sed solummodo latratus caninus ab eo exaudiretur. Nimirum. quædam talionis forma est, ve quod alterum cogis pati, ipse patiaris. Quia per qua Sap. 11.17. peccat quis, per hec & torquetur. Quod iustitiz diuine est; clementie est, quando no

Phil. Camerar.

lighty,

BUEL

,

1

fit; prouidentie, vt non semper siat. Sies nim semper sieret, quales non homines has beremus? quales voces audiremus? quales vultus aspiceremus? Quotidie superi dicere deberent; Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Itaque sicut olim Poëtica illa Solis silia, inaccessos lucos & voce, & facie monstrosis hominibus habuit plenos; ita passim cerneremus totum mundum eiuscemodi prodigijs repletum.

Virgil. 7.

Hinc exaudiri gemitus, iraq, leonum Dincla recufantûm, & sera sub noste rudentum,

Setigeriá, sues, at q in prasepibus vrsi Sauire: ac forma magnorum vlulare luporum.

> Quos hominum ex facie Dea saua potentibus herbis

Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Quanti enim vel jam latrant? quanti rudunt, aut rugiunt? quanti crocitant, aut pippiunt homines? Denique nullum est animal, cuius vel linguam, vel formam innumera mortalium vitia non mererentur.

Luc. 1.18. Cur enim turpiloqui, maledici, linguaces

pro-

proditores non mererentur vocem amittere, si sanctissimus alioqui facerdos Zacharias mutus in poenam factus est, quòd non statim credidisset, se tam diuturna sterilitate esse liberatum.?

S. XI. vinslas ioubbA

Capita vitulina in humanum versa.

Quanquam non tantum tune monstru est, quando humana facies in bestiæ figuram mutatur. Magnum quoque monstrum & terribile est, quando bestie caput in caput hominis vertitur. Winshemij efferatæ mentis sicarius, homicidia haud cept. pauca iam pridé perpetrauerat, prægnantesq; adeò ipsas exciderat; sed vbi scelerum suorum mensuram impleuit, rotæý; & rogo maturus fuit, eiuscemodi prodigio est manifestatus. Hebdomade sacra, quæ Pascha antecedit, macellum adijt, & in tres dies festos tria capita vitulina emit, eaq; in saccum reticulatum coniecta domum reportauit. Dum iret per plateas, omnium oculos traxit existimantiu eum. ferre capita tria humana; vtq; spectaculu crudelius videretur, recens à capitibus sanguis dimanabat. Mota est suspicio, creuit rumor, fama ijt per totam ciuitatem;

tandem-

COCITE

24

ri

ģ

It

tandemque res etiam delata est ad Magil stratum. Mittitur lictor, citatur reus, in. terrogatur de capitibus. Responder, ea. non hominum fuisse, sed vitulorum. Ait, hanc se rem planam facere posse teste lanione, à quo præstinarit. Adducitur lanio, affirmat. Tantò igitur maior inde orta. dubitatio. Nempe, tot oculos falli non potuisse; prodigia gratis non accidere; sanguinis vestigia aliquid clamare, dicebant omnes. Conijcitur in carcerem, datur in quæstionem, deprehenditur reus, iam fine tergiuersatione fassus complures à se patratas cædes, ac tum demum, capita è facco exemta in vitulinam reuersa sunt formam, vbi homicidia pœnæ meritæ patuerunt. Consimilem historiam audiui Hispano cuidam accidisse, qui, cum remotis arbitris, in recondito saltu, quempiam viatorem crumena atq; vita spoliasset, eumq; terra obruisset, existimans cum cadauere facinus quoque suum esse sepultum, incognitam, de cælo vocem hanc audiuit : I N MAIORICA VINDICTA. Territus hac voce, ne fortè in eam aliquando insulam mitte. retur, militiæ nomen dedit. Naue conscensa in Italiam nanigaturus, tempestate coorta

il

n.

2

it,

a-

0,

1

n

1-

nt

in

سا

fe

è

1-

h.

15

a-

9;

re

)-

N

e.

1-

dum sibi maximè vult cauere, vitata omaium familiaritate, exscendit ad emendum ibidem in proximo loco caput vitulinum; quo itidem in cruentum humanum
caput conuerso proditus, illico & vocis,
& vindictæ divinæ memor pænas dedit.
Est hæc historia præcedenti similis. Sed
nihil est incredibile, idem sæpius accidisse.
Cur non iterentur supplicia, si scelera toties repetuntur?

S. XII.

Caput piscis in caput Symmachi mutatums interrorem Theodorici regis.

Hac de caussa etiam in vetustioribus consimilia leguntur. Tale enim etiam monstrum suit, quod Platina testatur, Rome contigisse. SummaRome duoru insignium virorum Symmachi & Boëtij (qui gener Symmachi fuit) erat ac præcipua authoritas. Quamobrem euocauit eos Theodoricus rex Gothorum, iussirá; Ticinum venire. Ibi eos diu captiuos tenuit, quòd impijs eius decretis aduersarentur. Neq; contentus suit vinculis eos stringi, verum bona quoque illorum publicauit, tandem-que etiam iniquissimè ambos iussit inter-

S fici.

fiei. Habent viri probi supra se tyrannos; sed & supra tyrannos alius est, qui in eos animaduertat. Itaque, paulo post iniustissimam hanc cædem secuta est talis pet. na barbaram crudelitatem. Symmacho & Boëtio sepultis, epulæ de more parabantur, vt Theodoricus comam pariter & scenam feralem adiret, Inter cetera enim regia fercula, grande piscis caput mensa imponebatur, quod cum ceteris ob magnitudinem suam admirationi esfet, regi fuit formidini. Non enimille piscis cocti, sed Symmachi visus est cernere resectum cruentumq; caput, horribili rictu & flammeis oculis ipfi minitantis. Obstupuit eo conspecto, & subito metu consternatus, totoque corpore contremiscens iussit sein lectum deportari; ibi accersito medico Elpidio & familiarissimis quibusque amico. rum, terribilem illam Symmachi speciem à se conspectam lamentabiliter denarrauit, atque ita in scelere & sceleris pœna deplorata extinctus est. Hanc formidabilem, in ipsa mensa, metamorphosin quis non judicet esse monstrosam? Quis auté eius monstri caussa fuit, nisi ipse, quem

151

05 Ua

C2-

8

ın-

38

ina

162

na.

eg1

cti,

m

m-

eo

133,

nis

El-

CO-

em

ra-

ena

bi-

119

uté

em

HIL.

petiuit, Theodoricus? Sed diuinitus eo inscio atque inuito hæc accidit mutatio.

> 5. X III.

Caput S. Ioannis Baptista in ferale convinium illatum, capite saltatricis vindicatur.

Longè ego propemodum dixissem conuiuium illud monstrosius extitisse, in quod allatum est caput Ioannis Baptistæ in disco, Matthi & datum est puelle, & attulit matri sue, sal- 14. 11. tatricula adultera. Non voco caput innocentissimi martyris monstrum, sed conuiuium tamen fuit monstrossssimum. Quis inter fercula cædes, inter pocula vulnera, funera inter convinia tractauit? puonare scyphis Thracumest; & occidere in mensis Lapitharum. Herodes illo die, quo viuere & solem videre cæpit, fert sententiam mortis. Salax puella saltat, & pro mercede exigit Prophetæ caput. Mulier adultera sitit, & vult bibere humanum sanguinem. Quis hoc vnquam audiuit? quis legit? in regiam mensam, inter natalitias dapes, ferale apportatur ferculum, & in. disco apponitur conuiuis caput Ioannis Baptistæ? Nonne hæc monstrosa sunt? & omnibus monstris detestabiliora? Ita capitibus ludunt & illudunt homines, &

Deus capita non feriat, si capita peccent? Nicepor. Immo ferit. Furibunda enim (verba funt, 1. 1. Eccl. Nicephori) & adultera incestag, adeò illa, que quidem Herodis habebatur, reuera autem Philippi erat coniux, vita longius acta, cum prius filiam & Saltatricem acerbo fato sublatam vidisset, deinde ipsa quoque dece sit: futuri saculi iudicio & supplicio reservata meras ibi, quam citissime diuina ira faces, into. lerabilis qui indignationis Domini calicem haustura. Filia autem eius (dignum enim est, quod memoria commendetur) talis fuit obitus. Eundum ei quopiam brumali tempore erat, & fluuius trayciendus: qui cum glacie constrictu coagmentatus g, effet, pedes eum transibat. Gla. cie autem rupta, (idg, non fine Dei numine) demergitur illa statim, capite tenus; & inferioribus corporis partibus lasciniens, mollius fe mouens saltat, non in terra, sed in undis: caput verò frigore & glacie concretum, deinde & conuulneratum, & a reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectum in glacie ipsa saltationem lethalem exhibet : spectaculog, co omnibus prabito, scelestum hoc caput in memoriam ea, qua fecerat, spectantibus reuocat. Quis enim tunc matri eius sensus, cumei jam alterum caput afferretur atque in mat?

a,

111-

la,

ato

it:

ne-

to-

W-

rod

un-

lutus

la.

de-

10-

is se

put

er

er-

pla

, €0

20-

at.

1 01

12. us

nus traderetur? idque non inuisum, vt fuerat Ioannis Baptistæ, sed longe charistimum? Nonne & ipsa facinoris sui recordata agnouit diuinæ vindictæ æquitatem, viditque, qua mensura mensa fuerat, eadem Matth. 70 sibiremetiri? Sed nihil vident impietate. excæcati, percutiuntur, & non corriguntur. At quamuis pereant, geminum. tamen ex illorum exitio bonum existit : siquidem oftendit eoru interitus, esse Deum iustum & metuendum, neque tamen fine clementia & bonitate. Nam eiuscemodi pereuntium supplicia, aliorum sunt exempla.

XIV.

Irrisor retorto collo prapostere videns punitus.

Quale etiam fuit illud curuiceruicum pecus, sani infelix imago, homo verè præposterus, de quo in vita S. Ludouici Francorum regis legimus, eum in mirabile monstrum esse demutatum. Inter ceteras Sur. tom. D. Ludouici Galliarum regis virtutes emi- 4. in vita nuit mirabilis quædam moderatio, & vi- S. Ludoctoria mundanæ vanitatis. Non ille fulge- uici. re in auro, non in purpura arque ostro nitere amabat, sed vestitu communi ac simplici regiam tegebat dignitatem. Itaque

ornatus,

ornatus, quem ille à vestitu non petebat, à miraculis illi accessit. Accidit aliquando, vt Comes Geldriæ Parifios nuncium. cum litteris mitteret, illico rediturum. Ex eo reuerso sciscitatur Comes: Num regem Francia Ludonicum vidiffet? Tum ille, vel vt per iocum domino placeret, vel vt per sannam regem contemneret, improba imitatione collum contorquens & in. humerum reijciens, Vidi, inquit, vidi il. lum miserum papilardum regem grisea veste indutum ad scapulas caputium gerentem. Dixit, & quod dixit, miserando modo expressit. Finierat enim vix ea verba, cum ecce, facies eius in collo rotata ac retrorsum acta, ita retorta permansit, vt in contrarium intueretur, & iam, quod anima verè erat, etiam corpore homo peruersus esse videretur. Cui hæc, tam monftrosè non videntis quò ambularet, deformitas est ascribenda? merenti, an punienti? Videre ne. queo, quomodo in Deum culpa possit

Eccles. 7. transferri, Solummodo hoc inueni, quòd fe30. cerit Deus hominem rectum, & ipse se ab eo
Gen. 19. auertens respexerit retro, cum vxore Lot;
iniuriosus, non curiosus, contra illud cx-

Luc. 9.62: lestis Magistri; Nemo mittens manu suam

to

1-

n

Ex

m

vel

t

0-

n

ila

te

Di-

ef.

ce,

ım

a-

erè

fle

Vi.

TI.

1e.

t

fe-

eo

ot;

æ-

am

aa

ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Itaque iure irrifor iste diuinæ iufitiæ est immolatus, sicut olim aues, re- Leuit. 14

inducantes, pape a .VX ?

Ex illegitimo matrimonio regis proles anserino collo nata.

Defensa est in hoc monstro regis Galliarum virtus & fanctitas; punita alterius impietas in eo quod sequitur, non tantum. capitis, sed etiam colli monstrosi, prodigio, cuius in historiæ Aquitanicæ fragmentis exPithæi collectione editis fit mentio. Sed satius est dare verba Petri Damia- Petr. Dani Archiepiscopi Rauennatis & Cardina- mian. ep. lis, qui ita scribit : Deus omnipotens terribile ad Desiexhibet etiam in hac vita judicium, nec tamen Abbat. miseri homines desinunt iterare plettendum. Cassin. Nam Robertus Gallorum rex, auus istius Baron.t 3 Philippi, qui in paterni iuris sceptra suc- An. 998. cesit, propinguam sibi copulauit vxorem, ex qua sucepit filium, anserinum per omnia collum & caput habentem. Quos etiam virum & vxorem omnes fere Galliarum Episcopi communi simul excommunicauere sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem vbique populu terror inuafit, vt ab eius societate vni-S 4

Cantin

uersi recederent; nec, prater duos serunlos ad necessary victus obsequium, illi remanerent, Qui tamen & ipsi omnia vasa in quibus rex edebat, & bibebat, percepto cibo, abominabilia indicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus angustiys, ad sanum consiliŭ rediens, diuortium fecit, inijtá, legale connubium. Pharao, cognita Iosephi sapientia, vestinit eum stola byßina, & collo torque auream circumposuit. Sic honoratur, qui sic meretur; alij qui vt anseres viuunt, vt anseres meritò etiam incedunt; aut in prole sua imaginem suam aspiciunt, quemadmodum rex iste, qui cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pinqui cernice armatus est. Quanquam castigatus resipuit, demissaque ceruice collum iugo subiecit. Multi castigantur, & non emendantur, quibus expediret, vt suspenderesur mola asinaria in collo eorum, & demergerentur in profundum maris, ibi enim cum scandalis suis sepeliren-

Gen. 41.

420

Matth, 18.

tur.

XVI.

F

e

n

V

Ь

r

t

Venationis amore divinum cultum omittens, canina prole plectitur.

Punitus etiam & emendatus monstro Thom. fuit ille Nobilis Theuto, adeò captus a-Cantipr, more aa

nt,

rex

ilia

u-

2/2-

111-

en-

que

qui

Vţ

0.

Id-

ım

eft.

uc ti-

De-

olla

a-

n=

5,

ro

are

more venandi, vt etiam Dominicis festisq; Apum. c. diebus, sacrificio missæ temploq; adesse 49.9.17. negligeret. Adeò canum etiam, quam-Angelorum commerçia vanis istis funt iucundiora, Erat huic vxor moribus ita. contraria, vti squalloris illuuiei nitores splendoresq; auri contrarij sunt. Tota e. nim diuersis seruitijs fuit addicta. Quare vxoria potestate sæpe virum verbis castigabat, sæpe monebat, vt salutis suæ & Dei non obliuisceretur, Sed, yt fit, semper risu refutabatur, dicebatq; crudus venator, mulierum monitus, & ranarum_ strepitus eádem lance expendendos. Igitur quod femina non emendauit sua pietate. puniuit Deus naturæ errore. Si tamen errordici poteft, tam clemens iustitia. Siquidem innocens yxor, per multos felices partus, tandem aduersa Lucina puerum. peperitabortiui, prodigioli capitis, quod eanis venatici speciem habebat; erat enim molossico rictu, & auribus, braccorum (vt vocant) more, flaccis ac dependulis. Erubuit partu mater; obstupuerunt, quæ aderant, nobiles matronæ; in tota domo trepidatum est. Confilium fuit, vt monstrum terra obrutum illico tegeretur, antè, quam S 5 mari-

maritus domum rediret. Quod factum eff. At herus domum renersus primum habuit, vt quæreret, quid, se foris venante, vxor domi cepisset, aut peperisset? Tacuerunt omnes, & filentio rem dissimulare voluerunt. Sufpectum fuit hoc filentium homi. ni; &, vrerat militaris, gladio è vagina educto, iubet sibi recentem partum often. di, vel se aliud renuentibus ostensurum minatur. Metu exterrita vxor mandat vt monstrosa proles refodiatur. Quod tan trifte spectaculum vbi est in medium alla. tum, ita iam ipso diuini honoris zelo animatior mulier conjugem fuum est affata., Videsné etiam coram ocalis tuis, ô marite, quam manifesto prodigio omnipotens index, in sanam in te venandi libidinem vindicarit? qui, vt leporem posses capere, aut ceruo insidiari, nullo honore dies sacros, nulla reuerentia res ipfas facras, nec adeo ipfum facrofanctum Christi corpus affecisti. Inunc, & post iterum, ne. glecto templisq, debito cultu, feras sectare; i, cum canibus tempus consume, quod Deode. betur; accipies fructum venationes, pro filis, canes. His verbis, ac præcipuè monstri tam deformis aspectu ita tactus est Nobilis, vt non folum negligentia fuam lachryte,

eft.

uit,

YOK

unt

lue-

mi.

na

en.

um

at

tam

Ila.

ıni.

a.,

ite,

, in-

qui,

171, 785

bri-

ne-

re; de.

lijs,

ftri

bi-

ry. mis

Jis V sb

July 25 mas lop

ac dil

Quan.

con, de

tillo Pale

fradis hoc

anioxsc

and the sail

JUNE 13

Crark.

257 (2)

Cap S

mis ac serià pænitentà dilucrit; verum etiam imposterum præcipuis curis templa. frequentarit. Deplorent suum Acteonem Poetæ à vertagis laceratum; hoc humano cane nullus vnquam alius canis aut iustiùs, aut salubriùs dominum momordit.

CAPVT VIII.

Qui, & cur, reliquis corporis membris, aut etiam toto corpore monstrosi prodierint in lucem?

ho, outsily a honeflaus minutes and ut Siffigio, qui infanti file cempore, per . Cur homines quidam nascantur & siant made the gibbofi? de onebofish

At punitur, qui capite luit, quod peccauit: quia tamen etiam reliqua humani corporis membra. sæpe sunt scelerum instrumenta, seruiunt que iniquitati, idcirco monstrositas perreliquum quoque sese corpus diffundit. Vt enim taceam Antoninum Pium Imp. qui forma conspicuus, & statura decorus, ac longus fuit, tamen senectute incuruatus, tiliaticijs tabulis circum pectus positis fasciabatur, vt rectus incederet, & naturam corrigeret fatiscentem; certe non sine di-

uina